

## Succeſſionibus ab inteſtato.

5

quam pactum futura ſucceſſionis acquirenda. Ergò nullo iure ſuſſistere aut conſuetudine vel ſtatuto aliquo confirmari poſſunt. Hoc inquam non obſtat: Quippe tutorum & curatorum iudicumque præſentia omnem doli præſumptionem, qua in pacto de futura ſucceſſione metuenda eſt, excludit. l. tranſactionem, & ibi Bart n. 2, Bald. & Dd. C. de tranſact. In utramque partem hanc queſtionem eleganter diſputat Iacob Rick. in tract. de vn. prol. vid. etiam And: Geil: lib 2, obf. 125.

### V I I I.

An ſtatuto vel conſuetudine, introduci poſſit vt primogenitus feudum ſibi præcipuum habeat, frequens eſt diſputatio? Affir.

c. 1, §. firmiter verſ. præterea Ducatus. de prohib: feud. al. per Frid. Idque præcipue in feudis regalib. & alijs indiuiſibilibus locum obtinet: Quæ conſuetudo aequiſſima videtur, primò, propter honorem & fauorem Imperij, vt ne feuda maiora, quorum dignitatis titulus ab Imperatore profluit & Imperium auguſtius reddit, diuiſionibus diminuantur & deſtruantur. Gloß, & Dd. in c. licet, ext. de voto & voti redempt. Inter eſt enim Reipublicæ magnas familias conſeruari & cuique gentilitati ſuum ſplendorem retineri. Deinde propter adminiſtrationis rationem, que in vno commodior eſt, quam in plures diuiſa. Bald. in c. imperialem, §. præterea ducatus, de prohib: feud: alien. per Frider. Vbi ex 12, Metaph. Ariſtot: libro hanc adducit ſententiam: Multos imperitare malum eſt, Rex vnicus eſto Quam Ariſtoteles ex Homero ſumpſit, apud quem 2, Iliad. Vlyſſes Therſiten ea ſententia compeſcit. Latè poſt alios Tiraq. de iure primog. q. 4, n. 21, & ſeqq. Borch in tract. feud. c. 7, n. 41, & ſeq. Vult. de feud. c. 8, n. 36, Mynſing. 3, obf. 2, Geil obf. 153, n. 2. Vbi tradit, quod ex hodierna conſuetudine in Germania & Italia potiſſimum feuda regalia, excepto Regno & Electoratu, rursus diuidi cæperunt. vid: Aurea Bulla Caroli IV. Anno 1356, Noribergæ facta, p. 6, Conſt. Imp. Rub. Von der Erzbischoffen Segen. §. wiewol / 26.

### I X.

Uter ex duobus Regis filijs, quorum alter ante adeptum à patre regnum, alter poſtea natus eſt, in ſucceſſione præferatur, illuſtris & multum agitata quæſtio eſt? Nos cum quem naturæ felicitas & ætatis priuilegium primum fecit anteferendum eſſe exiſtimamus.

Argumento l. Senatoris filium. D. de Senator. l. 2, §. in filijs D. de Decurionib. l. moris, §. ſed utrum, D. de pœnis, l. 2, C. de aduocat. diuerſ. Iudicum, l. neq. Dorotheum. C. de Decurionib: lib 10. Ratio ſatis euidentis eſt, Certi enim iuris eſt ſucceſſionem poſt mortem competere. l. 1, §. ſi impubes, D. de collat. Is autem qui ante Regnum adeptum natus eſt, ætatis priuilegio naturæque felicitate primus eſt mortis tempore. Merito igitur cæteris præferri debet. l. ſi quis filio exheredato. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt. l. capitis, C. unde cognat. præſertim cum non oporteat queri de conditione alicuius, niſi quando legatum vel hereditas ad eum pertineat. l. non oportet. D. de legat. 2, l. interuenit: D. de legat. præſt. Conſequeretur inde hac abſurda, primum, filium vnicum ante partum regnum in hanc lucem productum, ſucceſſorem idoneum non fore, quod falſiſſimum eſt: ſecundum, quod ad proximiores ſucceſſio non ſpectaret, contra iuris naturæque præſcriptum: tertium, quod in quibusdam tantum bonis ſuccederent, in alijs poſt dignitatem acquiſitam nihil iuris haberent, quod eſt contra omnem æquitatem, expreſſamque iuris traditionem. l. 1, C. unde liberi. l. ſi poſt mortem. §. vlt. D. de bon. poſt. cont. tab. & multis ſimilibus. Non obſtat: l. ſi quis decurio aut ſubiectus, l. doctiſſij, l. neminem, l. diua memoria, l. vlt. de Decur. lib.

B

10, l. ex